

Effunde ut frigore coëat in massam tremulam.

Eodem modo parari potest cum anatica portione aquæ

GELATINA AMYLI.

— ICHTHYOCOLLÆ.

P U L P Æ.

P U L P A C A S S I Æ.

¶. Fructus siliquosi Cassia - fistulæ quantum placet.

Medullam cum seminibus et dissepi-
mentis e siliquis diffractis ope cultri ebur-
nei vel argentei exemptam macera in aqua
calida; dein tere per cibrum setaceum, et
leni calore ad consistentiam debitam eva-
pora; tunc singulis pulpæ libris adde

Sacchari albi pulv. uncias duas.

Eodem modo paratur :

P U L P A F R U C T U S A M L I C Æ I N D I C Æ , vulgo
Pulpa Tamarindorum, dicta.

PULPA PRUNORUM.

N. Fructuum Pruni domesticæ exemptis
nucleis quantum placet.

Coque in aqua donec mollescant ; dein
per cribrum setaceum trajectam pulpam ad
consistentiam debitam evapora addendo sin-
gulis pulpæ libris

Sacchari albi pulv. uncias duas.

R O O B.

Succi fructuum dulcium vel acidorum
expressione et subsequente evaporatione leni-
igne inspissati , adjecta aut saporis gratia aut
ut melius præserventur parte quarta , quinta
aut sexta sacchari vel mellis.

ROOB ANTISYPHILITICUM.

*Vide SYRUPUS SARSAPARILLÆ
COMPOSITUS.*

ROOB BERBERUM.

N. Baccarum Berberis vulgaris maturarum
quantum placet.